



## **Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas**

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]  
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum  
tractatione.

Jn Omnes Totivs Anni Dominicas Æstivas, à Festo Pentecostes vsque ad  
Aduentum

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Dominica Septima Post Pentecosten.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56306)

quo totus orbis velut cliens dependet, qui omnes omnino creaturas pascit, & eximium hocce miraculum hodie edit; huic igitur immortalis agite grates, laudum præconia cantate, cumque nullo non tempore admiremini.

Quod sane est longe æquissimum, omnipotens & summe Deus, pater misericordiarum, ac totius mundi pastor & nutritor, pater familias amplissime, qui quorquoruo se manciparunt obsequio, laudissime excipere soles & reficere. Quod hodie etiam re ipsa & miraculo singulari abunde testatur fecisti, quatuor hominum millia in deserto, postquam triduo te magno labore & sudore secuti essent, pascens; in quo ad oculum demonstrasti quibus vii soleas rationibus, in animabus fidelium interea dum hac in vita agunt, custodiendis, conseruandis, dirigendis, salem saccharo, afflictiones consolationibus, lactis aduersa permiscendo, ne forte illis & animus deficiat & robur internum. Solent nutrices, quo alumnos ablaquent; absinthium aut aliam quandam amaritudinem mamillis applicare: non aliter & tu animarum nostrarum nutritie; molestias siquidem, labores, difficultatum amaritudinem, voluptatibus vitæ huius permisceas, viis relictis ad cœlestia adspiremus; & tandem, postquam te in deserto penitentiæ triduo, id est, in iuuentute, ætate virili & senectute, quæ tres quodammodo vitæ huius dies sunt; vel contritione, confessione ac satisfactione quæ triplex ad salutem comparanda dies est; secuti fuerimus, miraculose pane illo cœlesti, quo animæ reficiuntur Beatorum, diuina tua inquam essentia, summaque animarum beatitudinis, pasci & reficimur. Cuius omnes nos participes reddant, Pater ingenuus, Filius vnigenitus, & paracletus Spiritus. Amen.

## DOMINICA SEPTIMA POST PENTECOSTEN.

Partitio.

- I. De salutis merito eamque consequendi remedio.
  - II. De Pseudoprophetarum generibus.
- Tom. 2. Pars Æstiuæ.

- III. De Hæreticorum imposturis.
- IV. De lupis.
- V. De Arbore.
- VI. De fructibus arboris.

Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Matth. 7.

### FIGURA.

Nefarius Syriæ rex Antiochus Ierosoly. 2. Mach. 1. inam vnum educibus Apollonium nomine cum exercitu misit, vt magnam in Iudæos crudelitatem exerceret omnes videlicet arma gestare valentes & masculini roboris; gladio vindice interficeret, & interuisione deleteret; inutilem vero turbam, mulieres inquam & paruulos, in mancipia per vicinas circumcirca prouincias diuenderet. Cum itaque Ierosolyam venisset, regiam voluntatem non aperuit, nec quid animo concepisset, detexit, vt amicum se, & paci Apollonii fice venisse iactat, ingressus obuios quosque amice compellat, dissimulat rancorem, ouemque se fingit extrinsecus cum intrinsecus lupinam rabiem foueret: quin & cum sabbathum esset, quod Iudæis sacrum erat & venerandum, quo omnes relicto opere manatio templum petebant, precibus & sacrificiis operam daturi; ipse quoque sabbathum se colere simulauit: at templum ingressus conceptam animo barbariem feritatem que belluinam, amplius simulare non valens, inimicum se ostendit, & suis dato stringendi ferrum signo, inque miseros Iudæos, prout statuerat, sæuendi, magnam tum in templo, tum per plateas stragem edidit. Non enim vim vi, propter sabbathi religionem, Iudæi propulsabant; tum quod nec ferrum in loco sacro stringere audebant, tum vero quod nihil minus præcogitassent, & ad defensionem essent imparati: neque enim vt lupum sæuitorum credebant, vt ouem hætenus sese gesserat, atque ita iniuriam pati & mortem subire cogebantur. Ne simile quid nobis accidat, Auditores, præmonet hocce in Euangelio Christus: Attendite, inquit, & omnem in partem

Christi  
præmoni-  
tio ad hy-  
pocrites  
deregenda.

partem excubate, ne quis nouus Apollonius veniat ad vos, ne quis pseudopropheta aut hæreticus ab Antiocho infernali destinatus: inspicite illum à capite ad eandem usque, ne exteriori forsitan vos schemate decipiat ac fallat; veniunt enim in tegmine otuino, ac interne lupum spirant, & occidunt. Pacem vobis, putam putum. Dei verbum, Ecclesiæ reformationem, sanctimoniam, Euangelium crepabunt, sed si penitus rem inspicatis, simulationem meram, fucum, & hypocritum esse intelligetis. Tempa quidem accedent, vti vos; Deum orabunt, vti vos; festos dies celebrabunt, vti vos; ac cum nihil minus cogitaueritis se patefacient, acceptoque in manus gladio & arma vibrantes; plurimos hæreseos errore fascinosos mortitradent, mulieres & filios pretio diuident, id est, famulos & teneros animos, idiotas inquam & rerum ignaros, in castes pertrahent, & in captiuitatem ducent, de his hodierna concione pluribus agere est animus: Spiritus sancti aura, si visum illi fuerit, cymbam diriget, & Beatissima Virgo ad optatum portum patrocínio suo impellet; ideo Angelica illam salutatione compellabimus.

AVE MARIA:

I.  
Questio  
inter veteres  
patres.

Non iniucunda inter veteres Ecclesiæ Patres, excitata est questio, ac plurimis deinde indecisa permansit annis, Num fidei & credenti opera meritoria ac pia ad salutem necessaria forent, num vero Deus, nullo operum respectu habito, sed sola bene operandi voluntate attenta hominem felicem ac beatum redderet, num autem duo illa recessse foret concurrere, & ad bonam voluntatem requirerentur simul & opera. Plures & ingenio & doctrina nobiles, auctoritateque singulares in varias abiire sententias, tantum inter se discrepantes:

An bona  
voluntas  
ad anima-  
rum salutem  
sufficiat.

*Quantum Hispania Veneto dissidet Eridano.*  
Alii namque solam bonam voluntatem, & sinceram intentionem coronandam censuerunt: & ita mordicus & præcise, vt eandem ad animæ saluationem, etiam absque bonis operibus, & meritis, sufficere crederent, Vali-

dissimum porro, cui maxime inuictebantur, fundamentum erat, vulgatum illud Canonistarum axioma: *Voluntas pro facto reputatur*: quod sæpius ac variis in locis in iure Canonico reperitur *cap. Homicidarum, cap. Omnis, cap. si propterea, de pœnit. dist. 1. in aliis.* Hinc autem colligebant, quandoquidem pro affectu & facto ipsa voluntas capitur; iisdemque priuilegiis gaudet, & iisdem subicitur pœnis; sufficere quoque ad salutem, operibus non requisitis:

Fulciebantur quin etiam auctoritate magistri Bernardi, cui plurimum tribuebant, quia si ab illa omne propemodum causæ dependeret robur & vis; *Intentio sufficit ad meritum; bona actio requiritur ad exemplum*: inferentes inde ad æternam beatitudinem comparandam actionem meritoriam minime requirit. Nitebantur adhuc verbis Glossæ ordinariæ, quæ in illa verba Psalmi: *Dixi confitebor, ait, Votum pro operatione reputatur*; quod & sanctus confirmat Gregorius in homil. *Nunquam est vacua manus à munere, cum arua cordis repleta fuerit bona voluntate.* Denique eorum Hercules & Atlas, quibus inuictebantur, erant illa *Decretal. capit. Cum voluntate, de sent. excommun. verba: Amplius respicit Deus ad spontaneam voluntatis, quam ad actus.*

Hoc ipsum & figuris confirmare nitebantur: quod nimirum Deus olim in animalium sacrificiis adipem potissimum & caudam, intestina atque vniuersa vitælibi voluerit offerri; *Et offerent de pacificorum Levit. hostia sacrificium Domino, adipem & caudam totam cum renibus; & pinguedinem qua operit ventrem, atque vniuersa vitælibi.* Cauda hic perseuerantiam in bonis operibus denotat, adeps qui in animalibus optimum & subtilissimum, bona voluntatem, partes vitales, bonas intentiones, quæ salte viuunt, & bonis operibus vitam largiuntur, nam:

*Quidquid agant homines, intentio iudicat omnes:*

Deus quoque ex animæ nostræ sacrificiis quibus ei brutales appetitus, corporis huius pecus, partes illas animales, cupiditates insurgentes in holocaustum immolamus; aliud

aliud non perit quam quod pinguiſſimum eſt, ſubtiliſſimum & maxime vitale eſt, intentionem ſcilicet & bonam hominis voluntatem.

Inter ſacerdotalis conſecrationis ceremonias ſolemne erat arietem immolare, eius pectusculum in altum ſuſtollere, illudq; ſanctificare Domino, quod in illius deinde patrem cederet, *Sumes quoque pectusculum de ariete quo initiatus eſt Aaron ſanctificabisque illud, eleuatum coram Domino, & cedes in partem ſuam.* Pectus cui cor incluſum eſt voluntatis eſt ſymbolum, quam imprimis Deus ſibi depoſcit, & hiſce figuris indicauit velle ſe vt anima voluntatem, velut optimam ac preſtantiſſimam ſacrificiorum noſtrorum portionem ſibi offerat. Hinc Dauid nullum hoc ceſacrificium reperiri poſſe dicebat eminentius, Deoq; gratius, *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deum non deſpicies*, id eſt, bonam voluntatem, cuius ſpiritus contribulatus & animus contritus ſymbolum ſunt. Hæc ſcilicet validiſſima ac præcipua ſunt argumenta, quibus bonæ voluntatis cauſam & æquitatē hi defendebant.

Alii vero penitus ex oppoſito, bonorum operum patrocinium defenderunt, aſſerueruntque ſine illorum nos adminiculo ſaluari non poſſe: quorum ratio & ſacrorum bibliorum auctoritati, & ſanctorum Patrum teſtimoniis innitebatur: Sexcentis id ſacræ ſcripturæ locis adſtruere poſſemus vt illo Iacobi, *fides ſine operibus mortua eſt*; corpus ſcilicet ex anime, & ſol ſine lumine. Sancti item Petri, *Satagite, vt per bona opera veſtra certam uocationem & electionem faciatis*. Apoſtolus quoq; Paulus carpit eos, qui manum operi admouere detrectant, & de bonis operibus non laborant. Quod ad Patres Ambroſius in officiis ait, *Non ſatis eſt bene uelle, niſi ſi etiam bene facere*. Equibus omnibus concludunt, & ipſe iſdem ſubſcribens aſſero, vna cum bona voluntate opera ad ſalutem, & beatitudinem acquirendam eſſe neceſſaria.

Suffragatur & mihi hic Ariſtoteles, qui in Moralibus tria ad virtutis perfectionem neceſſario requirit, aſſerit, ſcientiam, voluntatem & ipſam operis executionem: Magnus iſt Dionyſius Areopagita, qui omnis Theo-

logia perfectionem præxim eſſe pronuntiat, id eſt opus. Huc etiam facient Tropologia & allegoria e ſacris literis depromptæ, quarum aliquas in teſtimonium adducam.

Inter alios, quos Deus templo rerumque ſacrarum vſu conſectationeque arcebat, illi potiſſimum erant, qui manu eſſent fracta, *homo de ſemine tuo per familias, qui habuerit maculam non offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſterium eius, ſi cæcus fuerit, ſi claudus, ſi fracto pede, ſi manu*. In ſcriptura autē ſolet manus operum eſſe ſymbolum, & is manu habere fractam dicitur, qui operibus caret: nihil autem hic deſignatur aliud, quam abſq; bonis operibus nullum Deo ſeruire, aut cœleſte templum, cuius Chriſtus crucifixus, & ſancti imagines ſunt, ſubire poſſe, quicumq; autem manu fractam habuerit, & bonis fuerit deſtitutus operibus, certiffime ſciat, cœleſti ſeſe curia proſcriptum & eiectum.

In parabola de vinitoribus, grauiter illi à patrefamilias taxantur & reprehenduntur, qui ſtabant deſides & nihil agentes in viarum compitis, dicebat enim, *Quid ſtatis hic tota die otioſi?* Bonam tamen voluntatem habebant, nam ſeſe purgantes aiunt, *Nemo nos conduxit*, neque enim inquirunt grauius aut voluntati noſtræ repugnantius quidquam nobis poteſt accidere, quam otioſos hic ſtare. Parabolicum hoc, ſed tamen veritas docet, non ſufficere ad ſalutem, bonam nos voluntatem habere, niſi opere ſimul delaretur & exerceatur; Deum quoq; ſi quam bonam bonorum deſideriorum rationem habet, multo haud dubie maiorem operum habiturum.

Fidus ille amor, dilectam ſuam blandiffimè compellans ait, *Poneme vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum*. Per omnia amicitia iura & fœdera ſeam adiurat, vt ſignacula ſua, characteres, & notas in corde geſtet intrinſecus, & in brachio extrinſecus, id eſt, oſtendat & voluntate & opere, quanto eum amore complectatur. Myſtice autem denotatur, Deum ſummopere deſiderare, vt animæ id eſt ſponſæ illius dilectiſſimæ, notaret amorem ſuum rum corde rum brachio præferant; id eſt, eum perfecte diligant, amo-

remq; tam voluntate quam opere testentur: illas porro sponfarum Dei nomine indignas esse, quæ corde tantummodo ac voluntate illum diligunt, & ad bona opera non perueniunt. Neque enim satis est, illius signacula corde, quod intentionis & voluntatis nota, præferre; nisi etiam in brachio, quod operum emblemata est, videantur.

Non est igitur diutius his immorari opus, superiores euasimus, secundum nos in hocce Euangelio pronuntiatum est. S. Matthæus ab actis est & commentariis, qui caute successum quam diligentissime exarauit, & Christus summus ille præses sententiam promulgat: *Omnis arbor, qua non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.* Euangelii historia iam inde à capite repetenda est & principio, *Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces.* Mecum ipse statui hac super re vobis verba facere, primo de pseudopropheta, ac lupis in ouium vestimentis venientibus, ac deinde de arbore eiusq; fructibus locutus.

Tria-persecutionū genera in Ecclesia.

Apo. 6.

Primo itaq; antequam de falsis illis prophetis loquamur, præsupponendum est, ac velut cæterorum fundamentum statendum, ecclesiam sæpius diuersimode esse impugnatam, omnes tamen persecutiones ad tria potissimum posse capita reuocari; primum est ipsa Tyrannorum impugnatio, qui martyrum sanguinem profuderunt, & omnes quotquot per orbem reperire poterant Christianos internecone delere conati sunt. Alterum ipsa hæreticorum pestis, qui nefaria errorum zizania, & hæreson vires semper spargere contenderunt. Vltimum prauorum Christianorum & præuicatorum nequitia, qui ore quidem Deum confitentur & fide, nefandis & flagitiosis operibus negabant. Cæterum tria hæc persecutionum genera scite Ioannes in Apocalypsi expressit, quando quatuor sese equos ait vidisse, primum album, secundum rufum, tertium nigricantem, quartum pallentem, primus triumphum & victoriam æterni illius regis Christi denotabat: alii tres, persecutiones quas Ecclesia passa est: rufus, tyrannorum; niger peruersorum Christianorum &

falsorum fratrum, vt quidem Rupertus interpretatur, pallidus, hæreticorum & pseudoprophetarum.

Secundo præsuppono, varia esse pseudoprophetarum genera, à quibus sibi quisque caueat necesse est, Diabolus scilicet, summus est pseudopropheta, qui omnibus omnino hominibus suggerit in peccato vt perseuerent, & in exemplum & confirmationem adducit varios, qui multiplicib; Deum peccatis ad iram prouocauerunt, ab illo tamen in gratiam admissi & exaltati sunt, vt David, Paulus, Magdalena, item Caro, quæ hominē inducere conatur vt in deliciis perseueret, cupiditatibus obtemperet, voluptates ambiat, iuuentutem in ludo iocisque transigat, læretur interea dum ætatis flos est; & tum demum quando ad canos peruenerit & senuerit, poenitentiam agat, viamque mandatorum Dei ingrediatur, adhæc Mundus, aduulterinus mango & falsarius versutissimus, vnumquemque honores vt ambiat, delicias quas offert, sectetur, exstimulat, sed mentitur & fallit, quidquid enim promittit vanum est & furile, *transi siquidem mundus & concupiscentia eius.* Præterea pseudopropheta, qui verbum Dei deprauat & adulterat, auditoribus in omnibus adulando, eorumque vitam sceleratam & peccata, prout reuera par esset, verborum acrimonia non castigando. Quibus id lacrymis deplorat, nescit Ieremias, *Stupor,* inquit, *& mirabilia facta sunt in terra, prophetae prophetauerunt mendacium, sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus meus dilexit talia, & in prophetis ierusalem vidi similitudinem adulterantium & iter mendacij.* Quintus pseudopropheta ipse est hæreticus, & sextus peruersus Christianus, atque hæc ex mente Originis.

His itaque præsuppositis ac præmissis, duplici ratione pseudopropheta intelligi posse dicendum; primo quoad doctrinam, quam docet; Deinde quoad intentionem, qua decipere & seducere sataget, tamen si vera dicat & doceat. Primi generis fuit ille Sedechias Chanaanæ filius, qui coroua sibi.

II. Varias pseudoprophetarum genera.

Ierem. 5.

Ierem. 23.

In Math.

Reg. vi.

sibi ferrea adaptavit, vt Achab regi Israel hoc Schemate persuaderet ad Ramoth Galaad Syria urbem vt se conferret, victoriam certissime illi cœlitus datum iri: *facit quoque sibi Sedechias filius Chanaana cornua ferrea; & ait, Hac dicit Dominus: Huius ventis labis Syriam, donec deleas eam.* Regem tamen fefellit, cum in certissimum vitæ & regni amittendi discrimen eum coniecit, prælio namque superatus ab hostibus, misere occubuit. Atque hunc Pseudopropheta nomine scriptura nuncupavit, nam Spiritus inquit, *mendax erat in ore eius* & secundi generis fuisse Balaam, qui vera & fausta annuntiavit, sed pessimum ac nefarium Balaam Moabitarum regi consilium suggestit, quo filios Israel idolo Phœgor immolare cogeret; & Caiphas, qui veritatem quidem cum Balaamo prænuñciavit, sed maligna ac peruersa intentione Christi nomen obsecrare, honorem ei ac vitam eripere moliebantur. de duplici hocce Pseudopropheta genere Jeremias locutus videtur dum ait: *vidi similitudinem adulterij & iter mendacij; tunc namque adulterij similitudo est, quando veritas adulteratur, & fallendi ac decipiendi intentione verbum Dei prædicatur: iter quoque mendacij est, cum falsitates aut mendacia velut genuina ac sincera veritas proponuntur; ab utraque autem peste nobis vt caueamus, Christus consulit, Attendite à falsis prophetis, qui veniunt, &c.*

Non est facile cuius credendum.  
Iuan. 4.  
Ezief. 19.

Bene autem ait, attendite, id est, diligenter considerate, attendendum quippe est; ac diligentissime perspicendum; antequam nouitatem aliquam admittamus; omnem in partem prius circumspiciendum, quam iauam illis qui doctrinam nouam & alias inauditam annuntiant, aperiamus. Cuius enim in re qualibet non est facile credendum. Hinc bene consulit Apostolus: *Nolite omni spiritui credere; sed probato spiritus, an ex Deo sint; quoniam multi pseudopropheta exierunt in mundum; & velut insensatum & stolidum eum sapiens habet, qui leuissime cuiuslibet credit: Qui cito credit; leuis est corde. fatuus quoque & pueriles imo & coruino versatiliores credit* Apostolus illos, qui ad

omnem nouæ doctrinæ ventum circumferuntur: *Non simus, inquit, paruuli fluctantes; nec circumferamur omni vento doctrinæ.* in quo cum Galatæ peccassent, & nouatoribus faciles & patentes præbuisent aures, leuitatis & inconstantia eisdem coarguit; *Miror quod sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Christi in aliud Euangelium: Quamobrem, Attendite à falsis prophetis.*

Porro falsi illi Propheta, mea quidem sententia, alii non sunt, quam hæretici & nouatores, qui sub honesto Christiani nominis titulo, fictoque sanctitatis ac doctrinæ reformationis prætextu, pietatem maiorem & religionem religiosiorem pollicentes, mundo se oues, malitia & peruersitatis expertes esse persuadere conantur, quamuis intrinsecus omni flagitiorum genere sint cooperti, & veri interius animarum lupi. Peruersus ille Balaam, quem è Nachor Abrahæ fratre originem ducere aiunt; multa quidem encomia & benedictionum plausita in Israelitas effudit, idem tamen Moabitibus & Madiianitis in eorundem Israelitarum perniciem persuasit, vt mulieres in terram Israel immitterent, quæ populûm amoribus inescatum ac veluti compeditum in idololatriam pertraherent: *Mittens scandalum coram filiis Israel, edere & fornicari.* & re ipsa viginti quatuor millia, alienigenarum muliercularum amoribus illaqueata, idolis immolarunt. Non secus etiam nostræ tempestatis hæretici; superbe quidem & magnifice sacram scripturam iactant, conciliabula & conuenticula sua ficta quadam eloquentia complent; bene dicendi sterculos hinc & illinc colligentes, turgidis quibusdam verborum ampullis & fucatis sententiis conciones exornant, solum verbum Dei crepant; solum Euangelium gannunt; benedictiones in populum ingeminant; verum si examinare voluerimus; reperiemus eos quo eundem regi Moab, id est diabolo subiiciant, doctrinam Balaam sequi, consilia carnalia suggerere, nullius videlicet ponderis aut efficacia esse ieiunia, cœlibatum à sacerdotibus seruari non posse.

peccatorum exomologesin minime necessariam, satisfactionem inutilem, poenitentias & rigores vanos, peregrinationes superstitiosas, & sacrificia esse abominanda. O pseudoprophetae!

*Attendite à falsis prophetis.* Veniunt ad vos in vestimentis ouium, & interne lupi sunt rapacissimi, ut enim omnes mundo ceremonias eliminant, extetaum Dei cultum proscribant, religionis reformatæ vestimentum præferunt; atque hoc prætextu omnem sacramentis rebusque sacramentalibus debitum honorem pessumdant, inuocationem Sanctorum explodunt, imaginum usum damnant, reliquiarum venerationem & cultum irrident. O lupos rapacissimos! ut vitæ spiritualis fundamenta conuellant, & totam virtutum fabricam demoliantur, libertatem quandam Evangelicam prætexunt; interea tamen omnem mundo virtutem pellunt, dissolutionibus ianuam aperiunt & plenas ac liberas vitii omnibus habenas laxant: de quadragesimali ieiunio ne audire quidem volunt, poenitentiam & corporis emacerationes cane peius & angue detestantur, peccatorum confessionem execrantur, nullamque bonorum operum rationem habent. O falsarios! Quo scripturam interpolent, veritatem literæ depravent, in pelle veniunt ouina, iactantes se nonnisi purum Dei verbum concionari, cum tamen omnem de vitii ac virtutibus doctrinam peruertant & corrumpant; peccati originalis grauitatem & corruptæ naturæ ad malum propensionem tantopere eleuant & extollentes, ut liberum arbitrium penitus negent, libertatem nostram radicitus exscindant, naturæ iura inuadant, asserantque ad salutem bona opera neutiquam esse necessaria.

Hæreticorum peruersitas.

Ut nouum mundo chaos & meram confusionem inducant, sub exuuiis & pallio veniunt ouino, quasi abusus & superstitiones inter Catholicos irreptas sublaturi, & interea altaria demoliuntur, campanilia destruunt, sacerdotes iugulant, sacra prophanant, pro mortuis vota ac suffragia damnant, cæmeteria ut nugas, purgato-

rium ut fabulam & anile commentum irrident. Denique ut nouæ & exoticæ cuiusdam synagogæ fundamenta iaciant, instar ouium sese gerunt, quasi Ecclesiam in pristinum decorem ac vigorem restituri, & Ecclesiæ primitiæ mores & consuetudinem inducturi, & ecce veræ Ecclesiæ ruinam cogitant, illius ordinem, hierarchiam, omniaque eiusdem propugnacula euertunt; Primum Pontificium oppugnant, Conciliorum decreta elidunt, Sanctorum patrum consensum & concentum exhibitant, præfulum & Episcoporum auctoritatem spernunt; & quoniam Ecclesiæ Pastores, eloquentes illos concionatores, eruditos doctores diligenter & assidue super Christi regem excubare cernunt, & omnem in partem circumspicere, ne quid detrimenti capiat, & inuasoribus viriliter sese opponere, auctoritatem eorum imminuere, vitam amarulentiæ fuligine decurpare, famam allatrate, actiones carpendo excutere, quin & apertum iis bellum indicere omnibus viribus contendunt.

Philippus Macedonum rex felicem Atheniensium successum æmulatus, illos obsidione cinxit & confestim legatos in urbem destinavit, qui eius nomine libertatem ciuibus promitterent, pacem offerrent, bellumque omne è regione illa auferendum sponderent, modo decem sibi quos seligeret oratores pacis & reip. ut aiebat perturbatores; & omnis quietis inimicos concederent. Hæc ut in urbem perlata, oratorum omnium præcipuus ac princeps Demosthenes populum pro concione commone re cepit, Philippo ne crederent; subdolum & vaftrum esse consilium; idque scito quodam apologo declarauit. Conuenere olim inquit, lupi & pastores ouium, pacem inter se iniri; lupi autem loquendi partibus acceptis dixere, omnis quæ nos inter & vos, ô pastores, oriri solet discordia & discidium, nonnisi à canum vestrorum insolentia procedit; absque illis foret, semper inter nos vigeret fixa ac stabilis concordia: hos si nobis traderetis, proculdubio bellum sopitum & pacem perpetuo stabilitam videretis. Sed creduli nimium

Pasto-

Apologus  
Demosthenis.

Pastores; canibus quamprimum traditis, gregem suam a lupis dilantari coram viderunt. Eadem vobis fortuna restat, viri Athenienses, si facile creduli Philippi consilium amplectamini: ipse lupus; vos ouicula; oratores porro & eruditores, canum instar sunt, qui vos custodiunt & ab illius impetu defendunt, hosce lupus hic à vobis extorqueere contendit, vt iis destituti ac veluti denudati, illius imperio tyrannidique pateatis, & florentissima hæc resp. illius libidini succumbat. Idem omnino hæreticorum luporum illorum rabientium consilium; solam Prælatorum Ecclesiæ, qui veluti canes & excubitores fidelium Christi gregem circumambiunt ac tuentur, auctoritatem infringere & imminuere satagunt; probe si quidem perspectum habent, iis ablatis aut expugnatis Domini gregem facile expugnandum ac penitus diuipiendum. *Quamobrem attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces.*

Falsarii igitur illi veniunt sub exuuiis ouinis, instinctu inquam & motu proprio, sine missione iniussa Dei; similes iis de quibus Ieremias, *Ipse currebant, & ego non mittebam eos.* Instar ouium autem veniunt, quod nihil ore crepent quam Deum, Patrem æternum, Christum, fidem, ita actiones aliud non loquuntur, quam eleemosynas, temperantiam, modestiam; sed è fructibus eorum tandem omnes colligere portere, non nisi lupos voracissimos fuisse; regnorum perturbaciones, vrbiū pestes, familiarum perniciēs, domorum flamma, templorum demolitiones, sacerdotum internecio, Sanctimonialium violatio, denique bella, cædes, & cruentæ aduersus Ecclesiam machinationes, qui qualescūque fuerint, abunde testabuntur; è quibus de peruersitate lupina falsariorum illorum natura hæcenus potuit diiudicari, ait enim Euangelium à fructibus eorum cognoscetis eos.

*Allegoria.* Cum lupos illos, falsarios illos in ouinis pellibus venientes contempler, Gabaonitarum statim fraudulentæ mihi in mentem venit. Hi quippè cum egregias & luculen-

tas Iosue victorias inaudissent, direptionem Ierichuntis, Hai excidium monticolatum cladem, metum rubri maris accolarum, & Libani virginorum; excursionēs quotidianas in agrum Chanaan; coacto concilio vastum quoddam consilium iniierunt, magnam commeatus copiam secum sumpserunt, & veteres saccos & lagenas semitritas vino in acetum conuerso, quas asinis imposuerunt. Veteres quoque induere calceos & sandalia situ & lqualore obfusa, vestes item exoletas, laceras, & detritas; panes adhuc durissimos & mucidos; atque hoc apparatu ad Iosue, qui haud à Gálgala castrametatus erat, venerunt, dicentes: *De terra longinqua, venimus pacem vobiscum facere cupentes.* Iosue vero eorum fraudem non percipiens nec astum, & credens illos è longinquis esse regionibus profectos, cum tamen eiusdem essent terræ incolæ, & castris proximi; pacem cum iis iniit & fœdus contraxit. Eadem vastitæ vti sunt hæretici, noui illi Gabaonitæ, quo enim Iosuas, id est Præsules nostros, & omnem fidelium cætum circumueniant, asinos suos, Ministros intelligo, mucido pane & vino atido; quem in cæna sua præbent, onerant; vestes mutilas, laceras, tritas induerunt, loca inquam quædam murila & trunca è sacra scriptura deprompta; & fingentes se de longe venire, iam inde ab Apostolorum temporibus, primitiua Ecclesia, iam ab annis mille; cum tamen in medio nostrum habitarent, eodem quo nos tincti baptisate, eadem qua nos refecti communione, refecti, eo quo nos modo filii Ecclesiæ; & hoc actu & arte ad Ecclesiæ duces venerunt, illorum sese clientes esse solam pacem postularunt, sanctam quandam reformationem morum & vnicam animarum salutem spirare fingentes. Hoc autem dolo & fraude, plurimos decepere, ac multi fœdus cum iis iniere, eodem viuendi & agendi ritu vsi, & in eundem interitum ruentes, *Susciperunt igitur de cibariis eorum, & os Domini non interrogauerunt.* Porro os Domini Ecclesia est; multi quia eam non consuluerunt, & nouatores illos Gabaonitas admiserunt, in castes hæreseos misere inciderrunt;

Hæretici  
Gabaonitas  
collati.

Hæretico-  
rum noui-  
tas.



runt; at si vel semel Ecclesiæ oraculum con-  
sulissent, ipsa proculdubio dixisset, illos  
non oues, sed lupos esse; non reformatores,  
sed deformatores, religionis euerfores, &  
hæreticos.

Compara-  
tio.

*Qui veniunt in vestimentis ouium.* Qui ve-  
nitioni dediti, feras indagant & inuestigant,  
animalium, quæ venari volunt, exuuiis se  
induere solent: auceps cantus & minuritiones  
siluestres imitatur auium, quas in castes  
pertrahere nititur; piscator etiam hamo ef-  
cam adaptat, qua pisces delectari nouit. Ad  
co. vt Sargi, piscis genus, referente Eliano,  
non alia ratione capiuntur, quam quod ca-  
prino aspectu gaudeant: piscator enim ca-  
prinas exuuias induit, cornua caprina sibi ad-  
aprat, quorum aspectu recreari sargi retibus  
illabantur, & vitæ discrimen adeant, quod  
emblemate quodam expressit Alciatus.

Lib. 1. de a-  
nim. ca. 21.

Embl. 75.

*Villoso indutus piscator regmina capra  
Addidit vt capiti cornua bina suo;  
Fallit amator stans summo in litore sargi,  
In laqueos simi quem gregis ardor agit.*

Hæretici magni illi & subdoli animarum  
auceps, conscientiarum in turbida aqua pi-  
scatores & vasi in mundi huius silua, vena-  
tores eodem dolo & fraude vtuntur, & cum  
meri lupi sunt, ouium se pelle conuestiunt,  
vt Ecclesiæ oues incautas inuadant, ac diri-  
pant.

Huc faciet apologus ille de vulpe egregie  
vulpinante: Hæc cum videret currum pul-  
lis & gallinis plenum prætereuntem, & iis-  
dem inhiaret, obaarrigam tamen & pulla-  
rium institorem accedere ausa non fuit: hoc  
tamen astu vta est, mortuam se fingit, & in  
medio viæ protensa iacet exanimi similis.  
Hanc institor conspicatus, eiusque pelli in-  
hians, eandem in currum inter pullos con-  
iecit, tunc illa spiritu recuperato, & nemi-  
ne impediante in gallinas sænit, & post-  
quam sese ingurgitasset, curru prope defil-  
lit & institorem eludit. fabulosum hoc est,  
vere tamen ostendit, hæreticos & hypocri-  
ticos illos pseudopphetas mortificatio-  
nem fingere, reformationem ementiri, vt  
quo desiderant & aspirant, tandem pertin-  
gere valeant; at mox vt votorum compo-  
tes facti sunt, viuere se ostendunt, ac sub pel-

le illa ouina & agnina feritatem lupinam &  
virulentiam delitescere.

*In vestimentis ouium.* Bellua illa quam Io-  
annes in Apocalypsi vidit septicipitem, duo  
habebat cornua aguinis similia, vox autem  
draconem sonabat: *Et vidi aliam bestiam a-  
scendentem de terra, habebat cornua duo simi-  
lia agnis, & loquebatur sicut draco.* Credi-  
derim hacce emblemate hypocrisim deno-  
tari: ceterum cornua agni imaginem esse  
virtutis Euangelicæ quam hæretici semper  
præferunt, humilitatem, paupertatem, &  
patientiam agni illius immaculati Christi  
crepantes ac deprædicantes: vox tamen illo-  
rum, vox draconis, virulenta & letifera, quæ  
certissimam animis perniciem ac mortem  
adfert, quos vt perdant, *veniunt in vestimen-  
tis ouium.*

Philistæorum terror Sampson obuium in  
via leonem habuit, fauces repletas melle præ-  
ferente, cor vero & intestina fera ac leonina.  
Dicendū est, hæreticos Leoni huic esse per-  
similes: os quippe eorum melle secat, non  
nisi reformationem & abusuum ablationem  
spirant; de solo loquuntur Euangelio, quam  
iucundum ac sapidum mel! cor vero & in-  
teriora leonem referunt, metaintus fraus,  
proditio, ferocia, & peruersitas. *Loquuntur  
pacem cum proximo suo, mala autem in cordi-  
bus eorum.* Ecce mel in ore, in corde fel. Simi-  
les quoque cenfeo Ioabo, qui Amasa fratri  
osculum præbens, osculum amoris & bene-  
uolentiæ symbolum, & ore amicitiam præ-  
ferens, vna manu eum amplexus est, & altera  
sicam ventri ingessit. *Dixit itaque ioab ad A-  
masam, saluo mi frater, & tenuit manu dex-  
tra mentum Amasa, quasi osculans eum.* O  
blanditias! ô fraudem! ô proditionem! Por-  
ro Amasa non obseruauit gladium, quem ha-  
bebat ioab, qui se cussit eum in latere, & effu-  
dit intestina eius in terram, & mortuus est.  
An non eadem hæreticorum nostrorum a-  
gendiratio est? qui scilicet verba saccaro &  
melle linentes, reformationem Ecclesiæ  
spondentes, verum Dei cultum, purum pu-  
rum Euangelium, bonum, virtutem, & ani-  
marum salutem vna præferente manu; altera  
libertatem, scandalum, damnationem &  
fidelium perniciem continent.

Video

Video in Apocalypsi quoddam animalium genus, quod faciem habet humanam, in rilium propensam, sed caudas scorpionum, & aculeis deformes. Mōstrum hoc circumquaque diligenter intuitus, nullis ipsum melius quam hæreticis comparauero; viulentis illis & noxiis scorpionibus; viulentis illis & noxiis scorpionibus, qui lingua blandiuntur, & cauda leriferos infligunt ictus. In quo Theophylactum sequor, qui in Mattheum ait: *Vas est impostores hæreticos blandiloquentiam prætexunt, & vitam simulant sanctam, sed intrinsecus latet acutus, id est, Mel ore gestant, mortiferum fel in corde: exterius oues se esse simulant: interius tigres & lupi sunt.* In quo cum Euangelio optime incidit: *Veniunt in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces.*

Refert in Ponto quoddam mellis genus esse Plinius quod virulentum & noxium est, quod comedentes mente & ingenio priuet, ideoque *mele uacillans* ab incolis dicitur, *apud Scythias*, quod dementiam adferre solear. Mel est, sed venenatum, at cuius virulentia alia assignari causa nequit, quam quod apum aculei venenosi sint. Vt hoc materiae præsentis adaptem, ait Dei verbum sapius mellis in sacris litetis comparari (*Eloquia Domini dulciora super mel & fauam*) impios vero apibus (*circumdedunt me sicut apes*) hæretici autem verbum Dei ita corrumpunt & adulterant, itaque interpolant, vt ipsum noxium sit legentibus & mortem adferat: melle vero in venenum mutato, quorquor ipsum gustant, emoriuntur & pereunt, vnde dicere liceat:

*Impra sub dulci melle venena latent:*

Et sub ouium pellibus lapi habitant cruentissimi, iuxta Euangelii vocem: *Veniunt in vestimentis ouium.*

Quin & huc spectat, versus ille leoninus:

*Pelle sub agnina latitat mens sape lupina.*

Et imprimis aurea illa Tertulliani sententia: *Quanam, inquit, sunt ista pelles ouium, nisi nomina Christiani extrinsecus superficies? qui lupi rapaces, nisi sensus & spiritus subdoli ad infestandum gregem Christi intrinsecus delitescerent? qui pseudo prophetae sunt, nisi falsi prædicatores? qui pseudo apostoli, nisi adulterini Euangelis-*

Tom. 2. Pars Æstiva.

Zatores? Eandem materiam pertractans Cyprrianus eodem etiam coincidit: *Prædixerat itaque ergo Dominus multos esse venturos sub vellibus ouium rapaces lupos, qui autem illi, nisi, enu subdolo constant ad infestandum gregem Christi?* Et sane, prædixerat Dominus venturos aliquando nefarios hosce lupos: *Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces.*

Notandum hic obiter occurrit, Auditores, peccatores in sacris literis, iuxta peccatorum & criminum diuersitatem, nomina animalium fortiri: quod euidenter in actibus declarauit Dominus, cum Petro vas & linteum ostendit, in quo omnia animalium genera, tam volatilia, quam reptilia & quadrupedia, continebantur. *Et vidi in excessu mentis meae visionem, descendens vas quoddam, velle linteum magnum, in quo totiens consistebam, & vidi quadrupedia terra & bestias & reptilia & volatilia caeli.* Omnia haec animalia omnigenos etiam peccatores denotant, quos S. Petrus in Ecclesia gremium esset adducturus. Propheta Iob illos draconibus & Struthioni confert, *frater, inquit, fui draconum, & socius Struthionum.* Ezechiel Scorpionibus, *sili hominis, inquit Dominus, increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas.* Christus modo eos vulpibus, vt apud Lucam, de Herode rege, *Dicite vulpi huic; modo lupis, vt apud eundem, discipulos allocutus, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.* Ioannes Baptistes viperis eisdem comparat, dicens, *genimina viperarum.*

Finxerunt Poetae mendaciorum patres maleficam Circe fuisse, qua carminibus & incantationibus socios Vlyssis in varia animalium genera conuerterit. Hac porro fabula designare voluere, improbos & vitiosos inquinatos nomina & mores, iuxta vitiorum & prauarum cupiditatum diuersitatem nancisci. Nemo autem vestrum miteretur, cum peccato homines animalibus similes reddi audit, sed miretur, cum & diabolo peiores ac deteriores effici per ipsum cernit. Vnde in Euangelio Dominus Iudæ, ob detestandum apostasiae prodicionis peccatum, diaboli nomen dedit: *Nonne ego vos duode-*

IV.

Act. 11.  
Peccatores anima  
libus col-  
lati.

Lib. 30.

Ezech. 2.

Luc. 13.

Luc. 10.

Luc. 3.

Fabula  
Poetica.

Ioan. 6.

V cim

*cum elegi, & ex volis vnus diabolus est? Cate-  
rum inter omnia bestiarum genera heretici  
lupis similes esse perhibetur: Intus autem sunt  
lupi rapaces.*

47. 20.

Cur here-  
tici lupi  
dicti.Crudeli-  
tas here-  
ticorum.

Apostolus quoque Paulus eorum aduen-  
tum & diram in Ecclesiam irruptionem præ-  
sagens, eodem illos appellauit nomine: *E-  
go scio quod post discessionem meam inu-  
lupirapaces, non parcentes gregi.* Dicti autem  
sunt lupi, tum quod eorum dogma violentum  
sit, veritatem abripiens, & animas ad  
veritatem repudiandam incitans; tum vero  
quod hæreses seditionum matres sint & pro-  
pagines, sanguinis profusionem causentur,  
cædes doceant & crudelitatem. Quod ip-  
sum totus terrarum orbis abunde testabi-  
tur, vt qui apertissima feritatis illius exem-  
pla fuerit expertus; vt imprimis de Arianis;  
quorum Episcopi & capita tantam crudeli-  
tatem & tyrannidem præ se tulere, vt Reli-  
giosis collecto exercitu bellum indicere, &  
Anachoretas inermes oppugnare non sint  
veriti. Deinde de Manichæis, qui violenta  
fustigatione, Catholicorum ore ven. Eu-  
charistiæ sacramentum quod receperant,  
educere annitebantur. Sed maxime de tra-  
giomachis Caluinistis & nefariis Luthera-  
nis, qui omnia ferro & flamma deuastarunt,  
templa diripuerunt, impuris sacros calcæ-  
manibus profanarunt, beneficia sacra inua-  
ferunt, monasteria diripuerunt, religiosos  
proscrisperunt, canobia demoliti sunt, sacer-  
dotum alios puteis profundissimis immerse-  
runt, alijs viuis pellem detraxerunt, nonnul-  
los veritro transfixerunt, quibusdam ventre  
exfecto intestina eduxerunt, auriculas alijs  
præfectas velut torquem carenarum è col-  
lo suspenderunt. O feritatem plusquam bar-  
baricam, o lupos sanguinis ferientissimos! de  
quibus apre dici poterit, *Dentes eorum arma  
& sagittæ & lingua eorum gladius acutus, velo-  
ces pedes eorum ad effundendum sanguinem: &  
melius & ad rem accommodatius, Intus autem  
sunt lupi rapaces.*

Psal. 56.

Tres lupo-  
rum pro-  
prietates, & in hoc lupos agnam mentientes man-  
q̄ hereti-  
suetudinem incidens, eosque eodem quo nos

& omnis sanctorum Patrum chorus, modo  
hereticis similes asserens, tria ait in lupo ag-  
nam induito reperiri, quæ in oue mini-  
me reperiemus. Primo mordet obuia qua-  
que, non autem ouis, deinde ululat erecto  
in cælum rictu; ouicula è contra balat. de-  
nique carniuorus est, ouis herbis pascitur.  
Hereticis qui ouinam pellem induiti ince-  
dunt, tres hæ notæ optime quadrant. Primo,  
namque mordent & quidem crudelissime,  
Doctores, Pastores, Ecclesiæque Præ-  
latis calumnias & scemmata affingendo: ita  
bipedum ille nequissimus Lutherus Angeli-  
cum Doctorem Thomam Aquin quauis ar-  
repta occasione lacerat & proscindit; nec  
modo Catholicos doctores carpendo lace-  
rant; sed seipso quoque dilaniant, libellis-  
que infamibus alter alterius famam deni-  
grant; quod Catholicos profecto & veros  
Prophetas nunquam fecisse compertum  
est. Deinde ululant, clamant, & in cælum  
linguam sustollentes calumniarum plaustra  
euomunt, ne Deo quidem eiusque mari,  
nedum Diuis parentes: innuere aliquid vi-  
deretur David dicens, *Ponentes in cælum es su-  
um.* Tertio non nisi carne viuunt, quod her-  
eticus non nisi libidine peccatisque carna-  
libus, & mundanis affectibus delectetur. O  
lupos perniciosissimos, & velis remisque fu-  
giendos.

Infame hoc & tetrum luporum nomen Luporum  
Spiritus hereticis imposuit, quod quæ lu-  
pis natura insunt, in huiusmodi falsariis & rates her-  
pseudoprophetis etiam reperiantur, & veritatis  
que communia sint. Inprimis tradit *Elanus*, quadrant  
lupos si quando flumen aliquod transire pa-  
rant, caudas sibi inuicem præmordendo arri-  
pere & sic omnium validissimum in proflu-  
tem se conijcere; cuius caudam secundus ar-  
ripiens mox sequitur, secundus tertius & sic  
de cæteris; hacque industria fluctus perfrin-  
gunt, & ad ripam vltiorem perueniunt. Ita  
quoque heretici, vt limpidos sacramento-  
rum fontes & iucundos, qui ecclesiam a-  
quis benedictionis & vitæ irrigant, flu-  
uios transgrediantur, & ad libertatis ripam  
pertingant, ad vitia & damnationem euo-  
lent; sibi inuicem caudam arripiunt; vnus  
quis-

quippe alitius caudam accipit, id est; muti-  
lis leuifopitæ cuiusdam & emortuæ hære-  
leos reliquias & fragmenta, veteresque non-  
nullos damnatarum iam olim opinionum  
rhapsodias coaceruant; in quo vulpes illas  
Sampsonis imitantur, quæ sibi mutuo cau-  
dis alligatæ, perq; agros Philisthæorum dif-  
currentes, vilitatem non mediocrem sege-  
riintulerunt.

Habent deinde lupi oculos inter cætera  
animalia perspicacissimos, nam & nocte vi-  
dent obscurissima. Proprium hoc hæretico-  
rum est, sunt namque Catholicis subtilio-  
res, perspicaciores, & cautiore, nam teste  
Christo: *Filij huius seculi prudentiores sunt in  
generatione sua filijs lucis.* Addit Plinius, lu-  
porum Italicorum oculos noxios esse, & vi-  
rus quodammodo infundere; adeo vt ho-  
mini, si primo eam videri contingat, eri-  
pant vocem, & mutos quodammodo red-  
dant. Huc respicit Virgil. cum ait: *Lupi Maris  
videre priores.* Hic quoque non cedent hæ-  
retici, quos enim venenoso suo visu præue-  
nire, & erroribus imbuere potuerint, eos-  
dem cogunt obmutescere, & vocem eripi-  
unt, ne peccata confiteri queant; de qui-  
bus dici merito possit: *Os habent & non lo-  
quuntur.*

Subnectit eodem loco Plinius, lupos dum  
fame exstimulantur, terram vorare, eaque  
ventrem implere. Quam scite hoc in hære-  
ticos quadrat! hi enim postquam præ ino-  
pia esurire cœperint, & filij prodigi instar om-  
nem substantiam in longinqua opinionum  
exoticarum regione dissipant, porcos in-  
ter viuunt & brutorum ritu, non nisi rebus  
terrenis victitant, ac proinde *famem patientes*  
Est præterea quoddam lupo-  
rum genus, adeo obliuiofum, & memoria  
ita breuis, vt si inter comedendum aliorum  
vertere oculos contigerit, cibi ante oculos  
habiti obliti aliam prædam confectentur.  
Quid? an non hisce similes hæretici? cum e-  
nim eodem nobiscum pane Eucharistico re-  
ficiantur, si oculos alio detorquere, & instar  
vxoris Loth respicere contigerit, panis illius  
coelestis obliti, eundem negligunt, & alium  
captant.

Denique tantum tamque graue lupos in-

ter & oues odium natura est, vt etiam post  
mortem non exstinguatur: hic oues audito  
tympani è lupino corio confecti fonitu, fu-  
gere solent, non aliter quam si lupum inse-  
quenter coram cernerent. Quin aiunt, si  
nerui ouini & lupini eadem in testudine ex-  
tendantur, nunquam eos ad harmoniam aut  
symphoniam reduci posse: deinde etiam pel-  
les ouinas, si quando vna cum lupinis collo-  
cantur, ab eisdem consumi, & lanam amit-  
tere. Alciarus aliud etiam obseruat, duobus  
tympanis, vno è pelle ouina, altero è lupina  
confecto; si vnum pulsari cœperit, alterum  
tunc nullum edere sonum posse, licet ad fra-  
ctionem vsque pulsetur, vnde in Emblema-  
tis:

*Cætera mutescunt, coriumq; silebit ouinum,* Embl. 7.

*Si confecta lupi tympana pelle sonent.*

E quibus omnibus immortale ouium Chri-  
stianarum, id est, Catholicorum, & luporum  
Satanicorum, id est, hæreticorum, odium  
inimicitiaque colligi potest: audito quip-  
pe eorum tympanorum boatu, veri serui  
Christi in fugam se dant, & arma in defen-  
sionem arripiant: nulla inter eos vquam  
sit sympathia aut concordia, pax nulla; al-  
tero sonante obmutescat alter. Catholici  
quippe est hæreticum, ne salutare quidem  
nedum loqui: *Attendite igitur vobis à falsis  
Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis o-  
uinum.*

Porro vt lupos hosce ablegemus, dicen-  
dum est, per falsos illos Prophetas intelligi  
etiam palpones illos concionatores & fu-  
catos, qui concionibus suis peccatoribus  
adulantur, & vitia non coarguunt: Prophe-  
tæ porro hic dicuntur, quod Prophetarum  
olim apud Iudæos partes essent, non modo  
futura prædicere, sed verbum etiam Do-  
mini annuntiare, & legem interpretari. No-  
men, inquit, Chrysofomus, Prophetæ non  
modo significat eum, qui futura prædicat  
& præuidet, verum & illum qui sacram  
Scripturam interpretatur; atque hoc loco  
Prophetam capi pro doctore aut conciona-  
tore, qui verbum Dei populo annuntiat &  
prædicat. Cæterum illi falsi Prophetæ sunt,  
qui peccantes non reprehendunt, sed co-  
rum vitijs ablandiuntur; vel qui in con-  
cionat-

cionibus non de rebus diuinis, sed profanis communibusque agunt, aut seipfos iactant & deprædicant.

Iof. 7.

Acham filius Charmi, in excidio Ierichuntino regulam auream iniussu ducis & Dei clanculo surripiens in castra Hebræorum attulit; quo cognito ab vniuerso populo lapidibus obrutus fuit, sed quo loco nos legimus regulam auream. in Hebræo legitur, *linguam auream*, quod in modum lingula hæcce lamina protensa esset, sed aliud hic latitat mysterium. denotatur quippe, quemadmodum Acham, quod è gentium prædalinquam sibi auream referuasset, extremo affectus fuit supplicio; ita hodierna die plures Ecclesiasticas, quod profanos & gentilium loquendi modos consecentur, conciones gestis veterum, tum Græcorum tum Romanorum ad ostentationem inferant, eademque in Sacrosancta templa inferant, doctrinam Euangelicam profanando, merito castigandos.

Allegoria insignis.

Vos vero concionatores sinceri, recordermini obsecro, in cathedris vestris eorumque Psalmista quondam de Dei verbo ait: *Eloquia Domini argentum igne examinatum, purgatum, septuplum*, id est, multum; nam vt in sacris phrasibus numerus dualis parum significat, (vt 3. Reg. 17. *En colligo duo ligna*. Et in Euangelio Luc 22. *Et vidit quandam pauperulam mitentem ara minuta suo*.) ita septenus multum & magnum quid denotat; vt in oratione & cantico Annæ matris Samuelis: nam quo nos loco legitur: *donec sterilis peperit plurimos*. Hebræi canunt: *Donec sterilis peperit septuplum*, quod tantundem est. Nolite igitur conciones vestras flosculis rhetoricis, asciticis quibusdam pigmentis & fucis, Tulliana Serinia redolentibus vestire, sed sint illæ instar argenti purgati nitentes, & ab omni curiositate remotissima. in vitia detonate, peccatoribus nolite parcere, improbitatem & nefariam vitæ consuetudinem redarguite.

Psal. 11.

Vos vero concionatores sinceri, recordermini obsecro, in cathedris vestris eorumque Psalmista quondam de Dei verbo ait: *Eloquia Domini argentum igne examinatum, purgatum, septuplum*, id est, multum; nam vt in sacris phrasibus numerus dualis parum significat, (vt 3. Reg. 17. *En colligo duo ligna*. Et in Euangelio Luc 22. *Et vidit quandam pauperulam mitentem ara minuta suo*.) ita septenus multum & magnum quid denotat; vt in oratione & cantico Annæ matris Samuelis: nam quo nos loco legitur: *donec sterilis peperit plurimos*. Hebræi canunt: *Donec sterilis peperit septuplum*, quod tantundem est. Nolite igitur conciones vestras flosculis rhetoricis, asciticis quibusdam pigmentis & fucis, Tulliana Serinia redolentibus vestire, sed sint illæ instar argenti purgati nitentes, & ab omni curiositate remotissima. in vitia detonate, peccatoribus nolite parcere, improbitatem & nefariam vitæ consuetudinem redarguite.

Apo. 19.

Vidit in Apocalypsi Ioannes equitem e quo albo insidentem, oculos ignis instar scintillantes habentem sanguine cõpersum, & nomen habebat *Verbum Dei*: quo emble-

mate & mysterio denotabatur eum, qui verbum Dei & docet & annuntiat, albo innocentia equo insidere, ignitos & flammantes oculos, id est, zelo animarum astuantes, præferre, vestes quoque illius sanguine cõpersas esse debere, ita scilicet illum concionari par esse, vt omnia peccata, quorum sanguis figura est, extinguat & iugulet.

Atque hoc modo hæc Ieremiæ sententia intelligenda venit: *Mulctus qui prohibet* *glad. vii. suum à sanguine*, id est, linguam a peccatorum reprehensione; & illa Pauli Actorum 20. *Confessor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium; non enim interfugi, quo minus annuntiares vobis omnes consilium Dei*: quo loco declarat, omnium sibi peccata impõtanda, si debita eos castigatione & verborum acrimonia non coarauerit, ac veram illis doctrinam non proposuerit. Hoc qui fecerit, nã ille veri concionatoris officium præstiterit; qui vero neglexerit, falsi Prophetæ merito venit nomine appellandus.

*Attendite à falsis Prophetis*. Hoc vobis dictum credite, Episcopi vobis Præsules, vobis Christianæ Republicæ Principes. *caueat, Noë aquas diluuij instantis prævideat, Abraham muscas à sacrificio abigat, Loth cum suis Sodoma se propiciat, sibi denique prophetarum à colocynthidibus abstinere, ne in olla mortem degullent. Sed necessarium cum primis est, vt Prælati, & Ecclesiæ vertices à falsis Prophetis sibi caueant, qui in vestimento venunt ouium, & hypocritas agunt, quorum technas sub hoc specioso simplicitatis habitu latitantes perspectas habens David, filios illos alienos appellat, os vanitatis plenum habentes, & manus peccatis inquinatas & suppliciter Deum rogat, ab illis vt se protegat ac tueatur: *Libera me Domine de manibus filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem, sed dextera eorum dextera iniquitatis*. At si tam studiose attendere nos iubet Domine à falsis Prophetis, qui in pelle & veste ad nos veniunt ouina; quomodo profecto cauendi erunt illi, qui ementium pastoris habitum & schema assument?*

munt: quis illos abigat: quis ab iis se tueatur? quotnam, Deus immortalis! hodie huiusmodi pseudoprophetas reperire est, qui sub colorata paltonis veste lupi sunt, mei leones, veri dracones & impostores; vt inter ea tot scelera, tot scandala praterream, tot taceam morum abominaciones. Sed quid? tolerandum est: *A fructibus eorum cogno, ce- tu eos, & omnia arbor, qua non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.* atque hoc in alterum concionis membrum referuauit.

V. Principio igitur, vt campum alium ingrediamur, dico homines in Sacra Scriptura arboribus comparari: vt in primis in libro Iudicum, cum enim homines de regis electione sollicitè deliberantes induceret, ab arboribus parabola ac similitudine sumpta idipsum expressit: *Ierunt ligna vt eligerent sibi regem, dixeruntque oliua, Inimice nobis.* Zacharias quoque Propheta Ierofolymorum deuastationem & excidium præuidens, metaphora ab arboribus desumpta vsus est; *Aperi, inquit, Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas; Vlnula abies, quia cecidit carua: quoniam magnifici vastati sunt, vlnulate quereus Basan.* Daniel quoque Propheta Babylionorum regem Nabuchodonosorem proceræ & luxuriantis comparat arbori; & cæcus ille, cui Christus miraculo quodam oculos reddiderat, mox & videre cœpit, exclamat: *Video homines ambulantes sicut arbores.* Ab omnibus hisce arboribus fructus Deus deposcit, inutiles vero & infrugiferas odit & detestatur, & dicere non veretur, omnem se arborem fructibus non onustam excisuram, & flammis traditurum: *Omnis arbor, qua non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.*

Inter querelas Dei, quas Ieremias recenset, hæc vna è præcipuis fuisse videtur, *Non est vna in vrbibus, non sunt fœcus in ficulnea, folium d' fluxit.* O rem miseram ac deplorandam! Multas ob causas irascebatur olim Achabo Deus, sed ob illam in primis, quod feracem Nabothi vineam in viridarium voluptatis commutasset, quod nullos profferret fructus, quod futiles ac vitæ breuis flosculos profferret, & pergulis ac

porticibus, sepibusque esset adornatum. Christus quoque in Euangelio sicum accedens, vt fructus ab ea decerperet, cum nullos reperisset; dira in eandem maledictione inuectus est, & indignatus ait: *Nunquam Matth. 21. amplius ex te fructus nascitur.* Horrenda sane maledictio & metuenda iis qui in mundi huius agro confiti, nullos omnino fructus producunt, & inutiles profus terram occupant.

Israëlitis terram Chanaan ingressis præcepit olim Deus, vt steriles & siluestres arbores præcinderent, pomiferis vero & feracibus parcerent, *Non succidas arbores, de quibus Deut. 20. vesces potest; si qua autem ligna non sunt pomifera, sed agrestia, & in ceteros apta vsum succide.* Mystice hic significatum est, siluestres illas animas, in mundo radices agentes, quæque fructum nullum producunt, tandem è regali Ecclesiæ silua succidendas, & ignibus æternis tradendas. Est hic Euangelij nostri sensus, *Omnis arbor, qua non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.*

Omnia quæ in veste Pontificali erant tintinabula dum Pontifex incederet, sonitum edere & harmonice consonare opus erat: allegorice denotatur, omnes creaturas in similitudine regie illius vestis, potentia, inquam, diuina, dependent, laborando sonitum edere debere, & bonis operibus gloriam, laudes, præconia mirabiliaque creatoris facta declarare. Adque hoc illas inuitabant tres illi pueri in fornacem Babylonicam coniecti, dicentes: *Benedicite omnia opera Domini Domino.* Hinc quoque in Euangelio seruuum inutilem Deus in tenebras exteriores ablegauit: *Inutilem seruum proicite in tenebras exteriores.* Hic porro seruus inutilis dicendus, qui nulla in Dei ac Domini sui honorem opera facit, ac proinde in auernales tenebras ac caliginosum barathrum coniecti meretur. Idem quoque Deus eandem ob rationem palmitem abscindi voluit, & in ignem mitti, qui nullos fructus producerent, *Omnem palmitem in me non ferentem Ioan. 15. fructum, tollet eum, & in ignem mittet.* quæ verba cum textu nostro coincidunt, *Omnis arbor qua non facit fructum bonum, excidetur, &c.*

Non ait: *Omnis arbor qua non facit fructum, sed aperte, qua non facit fructum bonum*: multæ quippe arbores feraces sunt, sed malorum & inipidorum fructuum: harum de numero fuit vasta illa arbor Nabuchodonosor, quæ fructu quidem onusta erat, (*fructus eius nimius*) sed fructibus pravis & siluestribus, quibus non nisi animalia victitabant: hinc ad securim & excisionem condemnatur: *succidite arborem, discutite folia, dispergite fructus*. Huiusmodi se arborem esse, cum videret Dauid rex ingemiscebat, sibi que succensens lachrymando dicebat: *Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem anima mea*, id est, cum voluptatibus indulgeo, passionibus vitro cedo, affectus deprauatos sequor, iniquam mihi rationem referunt; ipsis enim imputandum est, quod anima sterilecat, nullos fructus producat, virtutibus & meritis destituta sit.

Bonorum quoque fructuum nomine indigni sunt, qui per terram serpunt, quique non nisi ad humanæ gloriolæ auram captandam, & prauo quodam intuitu sunt; a terra siquidem sustollendi sunt, & ad solius Dei gloriam, honorem, & obsequium dirigendi; quomodo se fecisse ait prudens illa in Canticis sponsa: *Omnia, inquit, poma seruaui tibi, noua & vetera*; tibi, inquam, quem vnice complector, & præ cæteris diligo mortaliū: tibi, non mihi, non hominibus, non mundo, at soli tibi; omnia bona opera, tam noua quam vetera, quæ sunt horti animæ meæ fructus, ad nominis tui gloriam, sanctique obsequij tui honorem seruo. O arborem eximiam & feracem!

*Omnis arbor*. Arborum aliæ virtutem habent in radicibus, aliæ in cortice, aliæ in medulla, aliæ in ramis, nonnullæ in folijs, quædam in floribus, quædam in fructibus, aliæ denique in semine. Arboris instar ipse iustus est, qui omnibus in membris virtute pollet; in radice scilicet, id est, corde, è quo sanctæ ac salutares cogitationes proficiscuntur; in cortice, id est, bonis exemplis; in folijs, id est, verbis; in floribus, qui bona dici possunt desideria; deniq; in fructibus, bonis videlicet operibus; vnde Psaltes: *Erit tanquam lignum,*

*quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, virtutes in verbis & operibus & cogitationibus demonstrabit.*

Quid autem est fructus in tempore suo proferre? dicam cum iniuriis quis afficitur, tunc patientiæ fructus producendus; quando carnis tentationes titillant; tunc continentia fructus appareat: quando vindictæ fumendæ de inimicis tibi se obtulerit occasio, tunc misericordiæ fructus pullulet atque exerceat. quid autem est dare fructum suum? audite, paucis aperiam.

In arboreto quæque suum fructum fert Quisq; arbor ex suæ naturæ proprietate, pirus fert ferax trypira, poma pomus, amygdalus amygdala, & c. Quæ cornus corna: ita in Ecclesiæ Catholicæ viciniori quilibet Christianorum fructum ex muneri & officij præscripto producat. O re deplorandam! quot eheu reperire est, qui non suos, sed alienos fructus preferunt; quot pro dolor religiofos, qui monasterio relicto, choro & silentio; aliisque monasticis & asceticis exercitationibus, quæ ex ordinis præscripto illis incumbunt, repudiat, sæcularibus negotiis sese immergunt? Quot sacerdotes, qui officio relicto sacerdotali, Ecclesiarum regimine pessundato, diuinis officiis desertis, politicæ rerum publicarum & regnorum administrationi se immiscent? Quot mulieres, quæ nulla familiarum ratione habita, domus administratione proscripita, peregrinationes in longinquas regiones instituunt, è quibus plurima damna emergere, & casus scandalosi subnasci solent.

Si in corporis humani regimine intestina Simile vigeret discordia, oculi audire, aures videre, pedes contrectare, manus autem vellent incedere; an non hæc muniorum permutatio vniuerso corporis statui obesset, vitæque extremam perniciem afferret? Omnes porro nos membra vnius corporis mystici, Iesu Christi, inquam, sumus: vnde Apostolus, Sic Rom. 12. *ut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, habentes donationes secundum gratiam qua data est nobis* assis.

Dan. 4.

Psal. 34.

Cant. 7.

Iustus bonæ arbori comparatur.

Psal. 1.

*differentes.* Quamobrem cum omnes diuersa membra simus ad monarchiam & regimen corporis huius spiritualis dirigendum, & omnes diuersas gratias & qualitates singulares ad agendum habeamus; vnusquisque iuxta vocationem & munus suum, alterius iura non inuadendo, omnia operetur & agat necesse est. Hæc autem ordinis politici discordia, dissensio, perturbatio & immutatio magno nobis esse damno, & exitio queat; in quo consulentem Petrum audiamus: *Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum, illam administrant.* Hoc scilicet modo vitam instituire, est arborem esse, ac fructus iucundissimos proferre.

*Omnia arbor.* Arborem hanc magnus ille Tertullianus fidem interpretatur. At Augustinus in Enchiridio cap. 15. & lib. 5. contra Iulianum cap. 2. & Beda humanam voluntatem hæc denotari credunt, hominem vero terram, terram esse in qua consistat. Nam quemadmodum eodem in agro & bonæ & malæ arbores nascuntur, ita quoque eodem ab homine bona, & mala oriri potest voluntas; at neutra harum opinionum Euangelio nostro conformis est; dicendum igitur hominem hanc arborem esse, neque enim fides, aut voluntas bona, sed homo ipse, in ignem conicietur, iuxta Euangelium: *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.*

Quot, Deus bone, mystica hæc arbor opinionum diuersitates produxit? quomodo veteres Patres in sui examine contorsit: alij quippe naturam illius scrutantes credere, malam arborem fructus bonos non posse proferre, nec arborem bonam malos, recte CHRISTO: *Non potest arbor bona, fructus malos facere.* quæ verba Augustinus, Chryllostomus, & Beda explicantes dixerunt arborem bonam, quamdiu bona, malos non posse proferre fructus; nec malam, quamdiu mala, bonos. Atque hinc originem sumpsit opinio illa, omnia peccantium & impiorum opera, mera esse peccata, iuxta vulgatum illud, arborem malam fructus bonos non posse producere. Venerum sacrum concilium Tridentinum hanc

velut erroneam & falsam, quamuis eiusdem auctor fuerit Augustinus; condemnauit. docet siquidem ipsa nos experientia, non modo arborem malam bonos interdum fructus posse proferre, sed bonam etiam, manentem bonam, aliquando malos: neque enim per arborem bonam hic iustum interpretari oportet, sed fidelem: non illum inquam cui bona voluntas, sed cui bona & sincera fides. fieri enim potest, illum qui fidem habet, etiam mala habere opera. Dum vero dicitur, arborem bonam non posse malos proferre fructus, credendum non est, simpliciter & absolute hoc fieri non posse, sed naturaliter esse impossibile, vt bona arbor malos, aut mala bonos fructus producat. Theologia septa ingressus sum, & nesciebam; verum vt hinc me expediam & ad lineam redeam, e feracis huius arboris cacumine, infinitos circum circa errores pullulantes, video. imprimis absurdum illum Manichæorum, qui duo in mundo hominum esse genera credebant, alios natura bonos, ita vt ad impietatem dilabi non possent, alios autem ita ex opposito improbos iam inde ab incunabulis, vt nulla ad bonitatem ac iustitiam aspirare ratione valerent; quem errorem Hieronymus & Augustinus prægnantissimis argumentis oppugnant. Deinde & alium Pelagianorum, qui idcirco peccatum originale proscribebant, quod matrimonium, quod alias bona est arbor malos producere non posse fructus, id est peccatum originis causari, & paruulos eiusdem iam inde ab utero reos constituere, assererent. Tertium eorumdem Pelagianorum, liberum arbitrium in nobis radicis instar, quodam seipso vel arborem bonam, id est bonam voluntatem, vel malam, id est peruersam, emittere potest, esse credentium, ac proinde cum natura sufficientes à seipsa vires habeat, gratiam minime esse necessariam. Sed hunc valide more suo refutat Augustinus.

Quartum Donatistarum, mordicus defendere conantium, bonum sacerdotem perperam baptizare non posse, nec malum bene, & baptismum baptizantis naturam induere: hæc porro nitentur fundamento, quod bona

Error Manichæorum.

Comment. in hunc locum. Lib. I. c. 1. Iulian.

Item Pelagianorum.

Lib. I. de gratia Christi cap. 11. Donatistarum.



Calvini-  
starum.

bona arbor malos proferre fructus non posse. Postremum eumque omnium pestilentissimum nefariorum Calvinistarum, dicentium ex operibus hominem iustificari non posse, sed ex iisdem ut iustum tantam agnosci; nec arbor, inquit, bona est, quod bonos producat fructus, sed est contra quod bona, bonos quoque fructus proferit: nam sicuti arbor ante fructus sit oportet, ita bona arbor ante bonos fructus, nec fructus bonus bonam reddit arborem, sed tantum eam esse bonam indicat. Sed exhibentur hęc cum sua Theologia Theologi; si enim ex bonis operibus boni non sumus, sed tantum esse appareamus, quod, iuxta hos, boni fructus arborem bonam non reddant, sed tantum ut talis agnoscat, efficiant: ergo nec a contrario, malis operibus mali redderent, cum fructus malus malam non reddat arborem. Hinc proinde ex vi argumenti illorum, sequitur Adamum, qui bonæ arboris instat a Deo conditus erat peccato succumbere non potuisse, cum bona arbor malos ferre fructus nequeat Non intelligunt, quæ eorum stupiditas est, discrimen inter causas naturales & morales; nam illæ, malæ aut bonæ ob fructus esse non possunt, sed possunt hæ. Quidquid demum sit, certum est arborem omnem, quæ bonos fructus non produxerit, excindendam, & quod longe deterius, in ignem mittendam.

Ruina ho-  
minis cau-  
sa.

Iud. 9.

Et profecto quidquid homini accidit aduersi, non alteri est origini imputandum, quam quod Deo relicto, ad diaboli se partes transferat: in quo Sichemitas imitatur, qui neglectis legitimis Gedeonis filiis, ad quos legitimo successione iure, regnum pertinebat, spurium illorum loco Abimelechum elegerunt, ut sub parabola de arboribus sumpta egregie illis Ioathan propheta exprobrauit; *Terunt ligna ut vingerent super se regem, &c. & dixerunt ad Chamnum; Veni & impera nobis, egrediatur ignis de eo, & consumat habitatores Sichem.* Ita infelix & demens peccator Diabolum in Regem eligit, omnium scilicet improborum, scelestorum, & arrogantium caput ac principem; cunctaque ex illius consilio agit, ad eius nutum quam promptissime obedit. Sed quamnam capiti suo ar-

cessit calamitatem? egredietur scilicet hinc ignis, a quo deuorabitur; & calamitas, a qua inuoluetur: ecce vaticinium; *Excidetur & in ignem mittetur.*

O verba horrenda! verissima tamen ac certissima est quibus augurari liceat ac iudicare de supplicio ac pœnis, ad quas heretici arbores illæ ferales & steriles, Christi Iesu sententia condemnati sunt; supplicio inquam ignis ac viuicomburio, est quo altero ignis supplicio, quod post mortem restat, colligere licet. Et sane omnis vb: que scriptura sacra, tam hoc, quam infinitis aliis in locis, rebelles & refractarios illos spiritus, & furculos illos inferaces flammis adiudicat. Cautionem mihi præstat Apostolus, dum ait: *Horum conuulsio erit in combustione, quin & ipse Dominus apertissima eosdem sententia eidem supplicio addicit: Omnis, a, l, n, e, s, q, u, i, in, m, e, n, o, n, m, a, n, e, r, i, t, m, i, t, t, e, r, u, r, f, o, r, a, s, & a, r, e, s, e, r, i, t, & c, o, l, l, i, g, e, n, t, e, u, m, & i, n, i, g, n, e, m, m, i, t, t, e, n, t.* Reipsa id in Apocalypsi demonstrat Ioannes, dum bestiam illam grandem & simul cum ea magni pseudoprophetarum numerum vios in stagnum ignis & sulphuris conici vidit, *Apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta, & viri missi sunt in stagnum ardentis ignis & sulphuris.*

Huc etiam facit comminatio illa in præuaricatores, quam in Reg. libris legere est: *Præuaricatores autem quasi spina euellentur, & uerfi igneque succentia comburentur usque ad nihilum.* Per præuaricatores hos spiritus sanctus hereticos spiritus illos dementatos, qui toties circa Ecclesiæ mandata præuaricarunt intelligit; qui quod steriles sint & infecundi, & omnes omnino pungant & lædant, spinis comparantur, qui tandem e mundi huius agro euulsi, in altero mundo igne perpetuo cruciabantur. Hoc nempe eorum temeritate conuenit supplicium, & talis eorum temeritas digna supplicio.

Video per potentissimos sacrorum bibliorum campos, magnos illos veteris testamenti viros, velut lignatores, securi semper accinctos, qua malas & infrugiferas illas doprophetarum excindant. Magnus propheta Elias tarum gladio pseudoprophetas Baalim excindit, & Reg. 18. eorumque cadauera velut quisquillas & cœnum

cenum in torrentem Cisson abiicit. Iehu generosus ille princeps, adiuuante Ionadabo filio Rechab, & octoginta è fortissimis Israel, omnes cultores Baalim iugulat. pius rex Iofias omnes idolorum sacrificulos internecione delet, eorumque cadaueribus exustis, cineres, ad memoriam eorum penitus eradendam in auram spargit. Denique æstuantissimus Zelo Martharias Iudæum Idolo immolantem ad aram obruncatum & libamen cõspersit sanguine. Quid? an non æquissimum. Si arbor nullis onusta fructibus excisioni & eradicationi adiudicatur; arbor noxia, infelix, aliis perniciofa, quam sortè subibit? quid inquam, fiet de hæretico? *Excindatur & in ignem mittatur.* Vos autem catholici auditores, attendite vobis & cauetè à falsis illis prophetis, interea dum Deus eorum supplicium differt; fugite falsarios illos, idque duobus modis, primo eorum consortia deuitando, deinde illos libros abiiciendo, hic enim sub ouium vellere, sub eleganti verborum apparatu, sub inani sermonis fuce & typo, lupinam rabiem abscondunt, sacræ scripturæ interpolationem, SS. Patrum adulterationem, Conciliorum corruptionem, & historiarum veterum deprauationem. Hæretici siquidem falsi prophætæ sunt, eorumque libri Pseudo-prophætæ, pharmaca venenata, dogmata erronea, blasphemiarum plaustra & reconditoria, lectiones denique perniciosissimæ. Abbas Cyrias, vt in Prato spiritali legere memini, qui haud procul à Iordane viuebat, cum inter dormiendum Deiparam Virginem vidisset, eamque in cellulam inuississet; illa subirata respondit, Quomodo ad te diuertirem, apud quem hostis meus infestissimus diuertit & commoratur? Quibus ille verbis excitatus, omnes domunculæ angulos excutere, rimari per singula, nihil non excutere & inspiceret, num quod hostilitatis indicium inueniret; tandem in operum Hesychie volumine duos impii Nestorii, Virgini infensissimi, libros ad calcem compactos reperit. Hinc apparet, quantopere falsos illos prophetas oporteat detestari, quamque è contra necessarium sit, bona opera facere, cum Euangelica sententia sit, *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excindetur, & in ignem mittetur.*

Tom. 2. Pars Æstina.

Tu autem, vere animarum nostrarum spõse & protector Domine, ab illis nos falsariis defende, ab illis nos lupis protege, à stolidis inquam & vanis prophetis, qui vt Ezechiel ait: *spiritum sequitur suum.* & prauos affectus, *Ezech. 13.* talpa cæciores qui populum tuum circumueniunt, omnes omnino mortales decipiunt, clamantes pax, pax & non tamen est pax, sed bella & tubarum clangores. Impostores sunt, de quibus Isaias, dicentes bonum malum, & *Isai. 5.* malum bonum, qui tenebras esse lucem asserunt, & lumen tenebras qui dulcia velut amara abhorrent, & fel velut mel amplectuntur. Porro inter pseudopphetas primarii & capita quodammodo sunt, mundus, caro, & diabolus, ac maxime fugiendi. Veniunt siquidem in veste ouium, sed intrinsecus lupi rapaces sunt; sub variis enim deliciis, inanibusque volupratibus lupinam feritatem celant, ruinam regunt, ac tandem sempiternum adferunt interitum. Hi non nisi falsa annuntiant, mundum scilicet felicem esse, carnem infinitas secum voluptates adferre, veram in diuitiis sitam esse felicitatem, mortis memoriam abiiciendam, vitæ annos gaudiis & voluptate transigendos: sed errores sunt, mendacia sunt, & meræ imposturæ. Tu porro ab his nos protege Domine: & gratiam tribue vt bonæ esse arbores, arbores inquam feraces & frugiferæ, bonorum operum & virtutum fructibus onustæ, patientiæ in afflictionibus, in tentatione constantiæ, in prosperis modestiæ, in aduersis prudentiæ, in iniuriis clementiæ, inque bonis operibus perseuerantiæ, esse mereamur. Si enim arbor quæ non fert fructum, igni addicitur, illa profecto quæ huiusmodi fructus rulerit; beatitudinis sempiternæ fiet compos, ad quam conducere nos dignetur  
Pater & Filius & Spiritus  
S. Amen.



X DOMI-